 et expiationes divinationemque omnem et vaticinia et ce-
 tera id genus. Maximum vero eorum quæ in hominibus
 sunt dixit esse animam sive ad bonum inducere sive ad ma-
 lum. Felicesque ac beatos esse homines, quibus bona ant-
 ma contingit: neque vero unquam quiescere neque eun-

* δρόν χρατεῖν. (33) δρκιόν τ' εἶναι τὸ δίκαιον καὶ διὰ τοῦτο Δίος δρκιόν λέγεσθαι. τὴν τ' ἀρετὴν ἀρμονίαν εἶναι καὶ τὴν δηγίειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν καὶ τὸν θεόν διὸ καὶ καθ' ἀρμονίαν συνεστάναι τὸ δίκαιον. φιλίαν τ' εἶναι ἐναρμόνιον ἴσοτητα. τιμᾶς θεοῖς δὲν νομίζειν καὶ ἥρωσι μὴ τὰς ἵστες, ἀλλὰ θεοῖς δεῖ μετ' εὐφημίας λευγειμούντας καὶ ἀγνεύοντας, ἥρωσι δὲ ἀπὸ μέσου ἡμέρας. τὴν δὲ ἀγνείαν εἶναι διὰ καθαριμῶν καὶ λουτρῶν καὶ πειρρραντηρίων καὶ διὰ τοῦ καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λεγούς καὶ μιάσματος παντὸς καὶ ἀπέγεσθαι βρωτῶν θυτείδων τε κρεῶν καὶ τριχλῶν καὶ μελανούρων καὶ ὄψην καὶ τῶν ὁστόκων ζήρων καὶ κυάμων καὶ τῶν ἄλλων δὲν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ιεροῖς ἐπιτελοῦντες. (34) 15 Φηγοὶ δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέγεσθαι τῶν κυάμων ἥτοι διτὶ αἰδούσοις εἰσὶν δμοιοι η διτὶ δὲ Ἀδου πύλαις ἀγόνατον γάρ μόνον. η διτὶ φθείρεις η διτὶ τῇ τοῦ διου φύσει δμοιοι η διτὶ διλγαρχίκον. κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς. τὰ δὲ πεσόντ' ἀπὸ 20 τραπεζῆς μη ἀναιρεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἔθιζεσθαι μη ἀκολάστως ἐσθίειν η διτὶ ἐπὶ τελευτῇ τινος· καὶ Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησίν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἡρωσι,

Μηδὲ γενεσθ' ἄττ' ἀν ἐντὸς τῆς τραπέζης κατα-[πέσῃ.]

25 ἀλεκτρύονος μη ἀπτεσθαι λευκοῦ, διτὶ ιερός τοῦ Μηνὸς καὶ ιχέτης· τὸ δὲ ἦν τῶν ἀγαθῶν· τῷ τε Μηνὶ ιερός· σημαίνει γάρ τὰς ὥρας. τῶν ἴγθιων μη ἀπτεσθαι, δσοι ιεροί· μη γάρ δεῖν τὰ αὐτὰ τετάχθαι θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὃς περὶ οὐδὲν ἐλευθέροις καὶ δουλοῖς. (35) καὶ 30 τὸ μὲν λευκὸν τῆς τάγαθου φύσεως, τὸ δὲ μέλαν τοῦ κακοῦ. ἀρτον μὴ καταγύνειν, διτὶ ἐφ' ἔνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ ἔτι καὶ νῦν οἱ Βάρβαροι· μηδὲ διαιρεῖν, δις συνάγει αὐτοὺς· οἱ δέ, πρὸς τὴν ἐν ἀδου κρίσιν· οἱ δὲ εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν· οἱ δέ, ἐπεὶ ἀπὸ 35 τούτου ἀρχεται τὸ δίκον. καὶ τῶν σχημάτων τὸ κάλλιστον σφράγαν εἶναι τῶν στερεῶν, τῶν δὲ ἐπιπέδων κύκλων· γῆρας καὶ πᾶν τὸ μειούμενον δμοιον· καὶ αὔξην καὶ νεοτήτα ταῦτον. ὑγίειαν τὴν τοῦ εἰδούς διαιρουνή, νόσον τὴν τούτου φθοράν. περὶ τῶν ἀλῶν, 40 διτὶ δεῖ παρατίθεσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου· οἱ γάρ ἀλεῖς πᾶν σώλουσιν διτὶ ἀν παραλάβωσι καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων ἥλους καὶ θαλάσσης. (36) καὶ ταῦτα μέν φησιν δὲ ἀλεξανδρὸς ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα δὲ Ἀριστοτέλης. τὴν δὲ σεμνοπρέπειαν τοῦ Πυθαγόρου 45 καὶ Τίμων ἐν τοῖς Σιλλοῖς δάκνων αὐτὸν δμως οὐ παρέλιπεν, εἰπὼν οὕτω·

Πυθαγόρην τε γόντας ἀποκλίναντ' ἐπὶ δόξας
Οὐρη ἐπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης δαριστῆν.

50 περὶ δὲ τοῦ ἀλλοτ' ἀλλον αὐτὸν γεγενῆσθαι Ξενοφάνης ἐν ἐλεγείᾳ προσωματυρεῖ, ης ἥργη,

dem * fluxum obtinere. (33) Justum item vim habere jura-
menti atque ideo Jovem jurisjurandi vindicem dici. Vir-
tutem et sanitatem bonumque omne atque deum esse har-
moniam : ideo etiam harmonia constare omnia. Amici-
tiam itidem esse aequalitatem harmonia temperatam.
Honores diis exhibendos et heroibus non aequales, sed diis
quidem semper et cum laudibus amictuque candido et casto
corpore honores adhibendos, heroibus vero a meridie. Pu-
ritatem vero expiationibus lavacrisque atque aspersionibus
fieri, vacando a funere et puerpera et inquinamento omni,
item abstinendo ab arrosis morticinisque carnibus triglisque
ac melanuri ovisque et quae ova pariunt animalibus, fabis
quoque et ceteris quae monent qui in templis mysteria ri-
tusque consummant. (34) Ait autem Aristoteles de fabis
ideo admonuisse illum fabis abstinentium, sive quod pu-
dendis similes sint, sive quod Orci januis : sunt enim sole
non geniculatae : sive quod corrumpant, sive quod naturae
universi similes sint, sive quod ad paucorum dominatum
pertinet : his quippe in sortiendo utuntur. Quae vero de
mensa ceciderint non tollenda, ut assuefiamus non nisi tem-
peranter edere sive quod essent mortuo destinata : atque
Aristophanes heroum ait ea esse quae decidunt, dicens in
Heroibus,

Neu gustate quae deciderint intra mensa circulum.

Gallō plumis albis abstinentium, quod Mensi sacer sit atque
ejus supplex : hoc quidem habebatur in bonis; Mensi autem
sacer erat, quod horas significat. Pisces item non gustan-
dos eos qui sacri sunt : neque enim fas esse eadem diis et
hominibus apponi, sicut nec servis et liberis. (35) Candi-
dum quidem quod est, ad boni pertinere naturam; atrum
vero ad mali. Panem non frangendum : namque ad unum
veteres amicorum coibant, quemadmodum nunc etiam
barbari; neque dividendum esse qui illos cogat : alii ad judi-
cium referunt quod apud inferos fit; alii quod in bello formi-
dinem faciat; alii quod ab hoc incipiat universum. Solida-
rumque figurarum omnium pulcherrimam sphæram esse,
planarum vero circulum. Senectutem et omne detrimento
obnoxium pari ratione teneri : juventutem itidem et quic-
quid incrementa suscipit idem esse. Sanitatem speciei esse
constantiam, mōrbum contra hujus esse interitum. De
sale ita sensisse, ut apponendum idcirco statueret, quod
justitiae admoneret : hoc enim quicquid occupaverit servat
et gignitur ex purissimis sole ac mari. (36) Hæc sunt quae
Alexander in Pythagoricis reperisse se commentariis tradit,
et his affinia, Aristoteles. Enimvero Pythagoræ gravitatem
et Timon in Sillis quamvis illum carpens non tamen omisit,
in hanc sententiam loquens :

Somnia Pythagoram deflectentem ad magicorum,
quis homines captet, grata gravitate loquele.

Quod autem alias fuerit, Xenophanes in Elegia
testatur, cuius est initium,

Νῦν αὖτ' ἀλλον ἔπεικι λόγον, δεῖσω δὲ κέλευθον.
δὲ περὶ αὐτοῦ φησιν, οὗτος ἔχει·

Καί ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·

5 Παῦσαι μηδὲ ἁπτίζ, ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἔστι
ψυχή, τὴν ἔγνων φύεγξαμένις ἀτων.

καὶ ταῦτα μὲν δὲ Ξενοφάνης. (37) ἔσκωψε δὲ αὐτὸν
Κρατῖνος μὲν ἐν Πυθαγοριζούσῃ· ἀλλὰ καὶ ἐν Ταραν-
τίνοις φησὶν οὕτως·

10 Ἐθος ἔστιν αὐτοῖς, ἃν τιν' ἴδωτην ποθὲν
λάθωσιν εἰςελθόντα, διαπειρώμενον
τῆς τῶν λόγων ῥώμης ταράττειν καὶ κυκῆν
τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασιν,
τοῖς ἀποπλάνοις, τοῖς μεγέθειν νουβυστικῶς.

15 Μνησίμαχος δὲ Ἀλκμαίωνι·

‘Ως Πυθαγοριστὶ θύμουν τῷ Λοξίᾳ.
ἔμψυχον οὐδὲν ἐσθίοντες παντελῶς.

(38) Ἀριστοφῶν Πυθαγοριστῇ·

‘Ἐρη καταβάς ἐξ τὴν δίαιταν τῶν κάτω
20 ἵδεν ἐκάστους, διαφέρειν δὲ πάμπολυ
τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν, νεκρῶν μόνοισι γάρ
τούτοισι τὸν Πλούτωνα συστιεῖν ἔσῃ
δί’ εὐσέβειαν. Β. δισχερῆθεὸν λέγεις,
εἰ τοῖς ῥύπου μεστοῖσιν ἥδεται ξυνών.

25 ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ·

‘Ἐσθίουσι τε
λάχανά τε καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ·
φθείρας δὲ καὶ τρίωνα τὴν τ’ ἀλουσίαν
οὐδὲὶς ἀν ὑπομείνει τῶν νεωτέρων.

30 (39) Ἐτελεύτα δὲ δ Πυθαγόρας τοῦτον τὸν τρόπον. 21 (39) Μορτους est autem Pythagoras hoc modo. Concederat in domo Milonis cum sociis : eam vero domum quispiam ex iis quos ille admittere noluerat, per invidiam incendit : sunt autem qui Crotoniatas ipsos tyrannidis suspicione ac metu hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igitur per incendium elapsum assecuti sunt ad agrum fabis consitum, ubi constiterat dicens satius esse capi quam eas conculcare; et sic ab insequentibus jugulatus est. Eodemque modo plurimos ex ejus discipulis, nam cum ipso ad quadraginta erant, suisse interemptos; effugisse paucos, ex quibus

35 θεστον εὐλαβούμενους, τὸν δὴ Πυθαγόρουν καταληφθῆναι διεξιόντα· καὶ πρός τινι χωρίῳ γενόμενον, πλήρει κυά-
μων, ἵνα [αὐτόθι] ἔστη, εἰπὼν ἀλλώναι ἀν μᾶλλον ἡ πατῆσαι [ἀναιτεθῆναι δὲ κρείττον ἡ λαλῆσαι]. καὶ ὅδε πρὸς τῶν διωκόντων ἀποσφαγῆναι. οὕτω δὲ καὶ τοὺς

40 πλείους τῶν ἑταίρων αὐτοῦ διαφθαρῆναι, δόντας πρὸς τοὺς τετταράκοντα· διαφυγεῖν δὲ δίλγους, ὃν ἦν καὶ

‘Ἀρχιππος δὲ Ταραντίνος καὶ Λύσις δὲ προειρημένος.

(40) φησὶ δὲ Δικαιάρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθνήνειν κα-
τατρυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταποντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν,

45 τετταράκοντας ἡμέρας ἀστιθαντα. ‘Ηραχλεῖθης δέ
φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ μετὰ τὸ θάψαι

Φερεκύδην ἐν Δήλῳ ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν καὶ ** παν-
δυσίσιν εὑρόντα Κύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου εἰς Μετα-
πόντιον ὑπεξελθεῖν κάκει τὸν βίον καταστρέψαι ἀστιά,

50 μηδὲ βουλόμενον περατέρω ζῆν. ‘Ερμιππος δὲ φησι,
πολεμούντοις Ἀκραγαντίνων καὶ Συρακοσίων, ἐξελθεῖν

Nunc aliud rursum ordiar atque viam monstrabo:
Quod vero de illo dixit, sic se habet :

Olim (sic fama est) tudentem fuste catellum
præteriens hominem, sic miseratus ait :
Desine, ne miserum cædas: nam carus amici
est animus, quod vox indicat ipsa milii.

Atque ita Xenophanes. (37) Sugillat illum Cratinus in
Pythagorizusa; at vero etiam in Tarentinis in hunc mo-
dum loquitur :

Mos hic est ipsis, si quis imperitior
periculum facere ipsorum doctrinæ velit,
perterrefacere hunc penitus et confundere
æquatis, contrapositis, et inerrantibus,
et quantitate et terminis, cate admodum. [HCR.]

Mnesimachus autem Alcmaone :

Ut Pythagorice sacra facinus Loxiae !
animatum convellentes omnino nihil.

(38) Aristophon in Pythagorista :

Narrabat mortuorum quin intrasset domos
ibi singulos vidisse, at multum a ceteris
differre Pythagoristas : nam Ditem patrem
solos sibi hosce coepulones sumere
pietas ergo. B. Immundum commemoras deum,
qui oblectet sordidorum se commercio. [HCR.]

Item in eodem :

Edunt

olera; pro potu nil nisi usurpant aquam :
jam vero illuviem, pallium, pediculos
tolerare nemo est juniorum qui queat.

[HCR.]

(39) Mortuus est autem Pythagoras hoc modo. Concederat in domo Milonis cum sociis : eam vero domum quispiam ex iis quos ille admittere noluerat, per invidiam incendit : sunt autem qui Crotoniatas ipsos tyrannidis suspicione ac metu hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igitur per incendium elapsum assecuti sunt ad agrum fabis consitum, ubi constiterat dicens satius esse capi quam eas conculcare; et sic ab insequentibus jugulatus est. Eodemque modo plurimos ex ejus discipulis, nam cum ipso ad quadraginta erant, suisse interemptos; effugisse paucos, ex quibus

Archippus Tarentius fuit et Lysis ille quem supra memoravimus. (40) Porro Dicaearchus Pythagoram in delubrum Musarum quod Metaponti est confugisse ibique quum quadraginta dies absque cibo perstisset, defecisse ait. Heraclides vero in Epitome vitarum Satyri illum tradit, postquam in Delo Pherecydi justa persolverat, rediisse in Italianam et * * quum reperisset... Cylonis Crotoniate Meta-
pontum se recepisse, ibique vitæ pertæsum inedia obiisse. Hermippus autem ait bello inter Agrigentinos atque Syra-
cusanos exerto Pythagoram exisse cum sociis, Agrigentini

τὸν Πυθαγόραν μετὰ τῶν συνήθων καὶ προστῆγαι τῶν Ἀκραγαντίνων¹ τροπῆς δὲ γενομένης περικάμπτοντα αὐτὸν τὴν τῶν κυάμων χώραν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων ἀναιρεθῆναι· τούς τε λοιπούς, δύτας πρὸς τοὺς πέντε² καὶ τριάκοντα, ἐν Τάραντι κατακαυθῆναι, θέλοντας ἀντιπολιτεύεσθαι τοῖς προεστῶσι. (41) καὶ ἀλλο τι περὶ Πυθαγόρου φησὶν δὲ Ἐρμιππος. [λέγει γάρ] ὡς γενομένος ἐν Ἰταλίᾳ κατὰ γῆς οἰκίσκον ποιήσαι καὶ τῇ μητρὶ ἐντείλατο τὰ γινόμενα εἰς δέλτον γράφειν 10 σημειούμενην καὶ τὸν χρόνον, ἔπειτα καθίσαι αὐτῷ ἐξ³ ἀν ἀνέλθῃ. τοῦτο ποιῆσαι τὴν μητέρα. τὸν δὲ Πυθαγόραν μετὰ χρόνον ἀνέλθειν ἵσχυν καὶ κατεσκελετευμένον ἐισελθόντα τ' εἰς τὴν ἔκκλησίαν φάσκειν ὃς ἀφίκεται ἐξ ἄδου· καὶ δὴ καὶ ἀνεγίνωσκεν αὐτοῖς τὰ 15 συμβεβηκότα. οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάχρυν τε καὶ ψυμώζον καὶ ἐπίστευον εἶναι τὸν Πυθαγόραν θειόν τινα, ὡς τε καὶ τὰς γυναικας αὐτῷ παραδοῦναι, ὃς καὶ μαθησομένας τι τῶν αὐτοῦ· δὲς καὶ Πυθαγορικὰς κληροῦνται. καὶ ταῦτα μὲν δὲ Ἐρμιππος. (42) Ἡν δὲ⁴ 20 τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνῇ, Θεανὼ δόνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρος οὐδὲ, γυναικα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. ἦν αὐτῷ καὶ θυγάτηρ Δαμώ, ὡς φησι Λύσις ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἰππαρχον, περὶ Πυθαγόρου λέγοντα οὕτως· « Λέγοντι δὲ πολλοῖς τὸν 25 καὶ δαμοσίῃ φιλοσοφέν, δύπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας, δες γέ τοι Δαμοὶ τῷ ἔκυτοῦ θυγατρὶ παρακαταθέμενος τὰ ιπομάματα ἐπέστηκε μηδενὶ τῶν ἔκτος τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. ἀ δὲ δυναμένα πολλῶν γραμάτων ἀποδίδοσθαι τῶς λόγως οὐκ ἔδουλάθη πενίαν δὲ καὶ τὰς τῷ 30 πατέρος ἐπισκάμιας ἐνόμιζε χρυσῶ τιμιωτέρας ἦμεν, καὶ ταῦτα γυνά. » (43) ἦν καὶ Τηλαύγης υἱὸς αὐτοῦ, δες καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατά τινας⁵ Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο. Ἰππόθοτός γέ τοι φησι λέγειν⁶ Εμπεδοκλέα,

35 Τήλαυγες, κλυτέ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεω τε.
σύγγραμμα δὲ [φέρεται] τοῦ Τηλαύγους οὐδέν, τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεανοῦς τινα. ἀλλὰ καὶ φασὶν αὐτὴν ἐρωτηθεῖσαν ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, φάναι, « ἀπὸ μὲν τοῦ ἴδιου παραγρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. » τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἀνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι παρήνει ἄμμα τοῖς ἐνδόμασι καὶ τὴν αἰσγύνην ἀποτίθεσθαι, ἀνισταμένην τε πάλιν ἄμ' αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. ἐρωτηθεῖσα, « ποια; » νέφη, « ταῦτα δὲ⁷ καὶ γυνὴ κέχλημαι. » (44) Ο δὲ οὖν Πυθαγόρας, δις μὲν⁸ Η-23 ραχαλεῖδης φησὶν δὲ τοῦ Σαραπίωνος, ὁγδοηκοντούτης ἐτελεύτα, κατὰ τὴν ἴδιαν ὑπογραφὴν τῶν ἡλικιῶν ὃς δ' οἱ πλείους, ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα. καὶ ήμον ἐστιν εἰς αὐτὸν πεπαιγμένα οὕτως ἔγοντα·

60 Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπεγεις χέρας, ἀλλὰ καὶ ήμεις· τίς γάρ δὲ ἐμψύχων ἥψατο, Πυθαγόρα;
ἀλλ' ὅταν ἐψηθῇ τι καὶ ὀπτηθῇ καὶ ἀλισθῇ,
δὴ τότε καὶ ψυχὴν οὐκ ἔχον ἐσθίομεν.

opem laturum; quibus in fugam versis quum agrum fabis consitum vellet circuire, a Syracusanis occisum esse; reliquos vero ad triginta quinque Tarenti suis crematos, quum de administranda republica ab iis, penes quos erat summa rerum, dissentirent. (41) Aliud item quiddam de Pythagora Hermippus refert hujusmodi. Ait enim illum, quum in Italiam venisset, subterraneam fecisse domum matrique mandasse quae acciderent tabulis inscriberet tempusque adnotaret, deinde sibi demitteret donec supra terram exiret: id matrem fecisse. Post aliquod tempus ascendisse Pythagoram exsiccatum ac macie confectum, advocataque concione dixisse ex inferis se ascendere; quin etiam recitasse quicquid evenisset. Eos vero iis quae dicebantur affectos in lacrimas ejulatusque prorupisse Pythagoramque jam divinum quandam existimantes uxores suas illi in disciplinam tradidisse, ut quippiam ex ejus doctrina addiscerent: easque Pythagoricas vocatas esse. Hec Hermippus. (42) Erat autem Pythagoræ et uxor Theano nomine, Brontini Crotoniatae filia: hanc alii Brontini uxorem Pythagoræque discipulam tradunt. Erat illi et filia Damo, ut Lysis in epistola ad Hipparchum ait, de Pythagora in hunc modum loquens: *Aiunt autem multi etiam publice te philosophari, id quod vetuit Pythagoras, qui quum Damoni filiae commentaria sua commendaret, jussit ne cui extra domum ea traderet. Ea vero quum ingenti pecunia posset libros illos distrahere, omnino noluit: paupertatem quippe patrisque monita auro pretiosiora censuit, idque mulier.* (43) Fuit illi et filius Telauge, qui etiam patri successit ac secundum quosdam Empedoclis præceptor fuit. Hippobitus certe Empedoclem dicere ait,

Telauges, sate clare Theanus Pythagoræque.

Telaugis quidem scriptum nullum fertur, at ipsius matris nonnulla. Hanc etiam rogatam quoto die mulier a viro munda esset, dixisse ferunt, A suo quidem continuo, ab alieno vero nunquam. Ei vero quae ad maritum pergeret, præcipiebat uti cum veste et verecundiam poneret, exsurgensque denuo cum ipsis illam una resumeret. Rogata, Quænam? Hæc, inquit, per quae mulier vocor. (44) Igitur Pythagoras quidem secundum Heraclidem Serapionis filium octogesimo aetatis anno mortuus est, secundum propriam etatum descriptionem; secundum plurimos autem nonagesimo. Nos quoque in illum sic lusimus:

Non solus parsisti animatis, verum etiam nos.
Quisnam animata vorat? dic mihi, Pythagora.
Ast ubi quid tostum est, elixum est ac sate sparsum,
tunc edimus, quando spiritus omnis abest.

ἄλλο.

Ἡν ἄρα Πυθαγόρης τοῖος σοφός, ὥστε μὲν αὐτὸς
μὴ ψαύειν χρεῖνται καὶ λέγεν ὡς ἀδίκου,
σιτίζειν δὲ ἀλλούς. ἄγαμαι σοφοί· αὐτὸς ἔφα μὲν
οὐκ ἀδίκειν, ἀλλούς δὲ αὐτὸς ἔτευχ' ἀδίκειν.

(45) καὶ ἄλλο.

Τὰς φρένας ἦν ἐθέλης τὰς Πυθαγόρακο νοῆσαι,
ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς δημάρατον. [ἢν,
φησὶ γὰρ οὖτος, Ἐγὼν ἦν πρόδροτος· διὸ δὲ τε οὐκ
φάσκων ᾧς τις ἔην, οὔτις ἔην δέ τοις.
ἴον

καὶ ἄλλο, ὧς ἐτελεύτα.

Αἱ, αἱ Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη;
καὶ θάνε φοιτηταῖς ἀμμιγα τοῖς ἰδίοις.
χωρίον ἦν κυάμων ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
ἔξι Ἀκραγαντίνων κάτθαν' ἐν τριδόῳ.

* Ήχμαζε δὲ κατὰ τὴν ἑπτοκοστὴν Ὄλυμπιαδά καὶ αὐτοῦ² τὸ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα·
(46) τελευταῖοι γάρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ
Ἀριστότελος εἶδε, Ξενοφόλος δὲ Χαλκιδένος ἀπὸ Θράκης καὶ Φάντων δὲ Φιλιάσιος καὶ Ἐγεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμυναστος, Φιλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ
ἀκροαταὶ Φιλολάους καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων.
Γεγόνασι δὲ Πυθαγόραι τέτταρες περὶ τοὺς αὐτοὺς² γρόνους, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων. ἀπέχοντες· εἰς μὲν
25 Κροτωνιάτης, τυραννικὸς ἀνθρώπος· ἔπειτος Φιλιάσιος,
σωματικῆς, [ἀλείπτης, ὡς φασὶ τινες]· τρίτος Ζακύνθιος· τέτταρος αὐτὸς οὗτος, οὗ φασιν εἶναι ταπείρητας
ρητα τῆς φιλοσοφίας· [αὐτῶν διδάσκαλος]· ἐφ' οὐ καὶ
τὸ Αὐτὸς ἔφα παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἦλθεν. (47) οἱ
30 οἱ δὲ καὶ ἄλλοι ἀνδριαντοποίοι· Ρηγίνον γεγονέναι φασὶ²
Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ρύθμοῦ καὶ συμμετρίας
ἐστοχάσθαι· καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποίον Σάχμιον καὶ
ἐπερον ἑπτοτορού μοχθηρόν καὶ λατρὸν ἄλλον, τὰ περὶ
κῆλης γεγραφότα καὶ τινα περὶ Ομήρου συντεταγμένον·
35 καὶ ἔπειτο Δωρικὰ πεπραγματευμένον, ὡς Διονύσιος
ιστορεῖ. Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρίνος
ἐν τῇ ὅγδοῃ παντοδαπῆς ιστορίας παρατίθεται, τοῦτον
εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνων πυκτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὅγδοῆς
καὶ τετταρακοστῆς Ὄλυμπιάδος, χομῆτην καὶ ἀλουρ-
40 γίδα φοροῦντα· ἐκκριθέντα τ' ἐκ τῶν παιδῶν καὶ γλευ-
σθέντα αὐτίκα προεβῆναι τοὺς ἀνδρας καὶ νικῆσαι.
(48) δηλοῦν δὲ τοῦτο καὶ τούπιγραμμα ὅπερ ἐποίησε
Θεαίτητος.

Πυθαγόρην τινά, Πυθαγόρην, ὡς ξεῖνε, κομῆτην,
45 ἀδόμενον πύκτην εἰ κατέχεις Σάχμιον,
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι· τὰ δὲ ἔργα μου εἴ τιν' ἔροιο
· Ἡλείων, φήσεις αὐτὸν ἀπιστα λέγειν.

Τοῦτον δ Φαβωρίνος φησιν δροῖς χρήσασθαι διὰ τῆς
μαθηματικῆς ὑλῆς, ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς
50 ἐκείνων πλησιάσαντας, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀριστοτέλην καὶ

Aliud :

Talis erat sapiens, ut nollet tangere carnes,
Pythagoras, magnum et diceret esse scelus :
pasceret ast alios. Miror ! sophus integer ipse
perstat, pollutos sed facit esse alios.

(45) Item aliud :

Respic in Euphorbi radiantia scuta renati,
Pythagorae mentem noscere quisquis aves.
Scutum ait : Ante ego eram mortal is. At ille ferens se
ante ortum genitum, tunc, ubi erat, nec erat.

Et aliud de ejus morte :

Heu, heu Pythagoras quid tam est veneratu' lupinos?
et cum discipulis occubuit propriis
Nam ne forte fabas fugiens calcaret in agro,
abs Agrigentinis occidit in trivio.

Floruit autem Olympiade sexagesima ipsiusque schola duravit usque ad nonam sive decimam generationem : (46) postremi enim Pythagoreorum fuere, quos et Aristoxenus vidit, Xenophilus Chalcidensis ex Thracia, et Phanto Phliasius, et Echecrates et Diocles et Polymnestus, Phliasii et ipsi. Erant autem auditores Philolai et Euryti Tarentinorum. Fuerunt autem Pythagorae quattuor eodem fere tempore nec multum ab se invicem distantes : unus quidem Crotoniata, tyrannicus vir; alter Phliasius, corporis exercitator, [unctor, ut quidam aiunt]; tertius Zacynthius; quartus hic ipse, cuius aiunt arcana esse philosophiae, [ipsorum praeceptor] et a quo proverbiale illud Ipse dixit in publicum manavit. (47) Sunt qui et alium sculptorem Rhégimum fuisse dicant Pythagoram, qui prius visus sit numeri ac proportionis repertor fuisse; alium item sculptorem Samium; et alium oratorem non bonum; et alium medicum, qui de berniis scripsit ac de Homero quaedam composuit; alium item qui Dorica tractavit, auctore Dionysio. Porro hunc Eratosthenes, quem et Favorinus in octavo Omnimodae historiae libro testem citat, primum fuisse tradit, qui quadragesima octava Olympiade secundum artem pugilatu certaverit, comatum atque purpuratum; prohibitumque puerorum certamine atque irrisum, continuo viros petuisse ac vicesse. (48) Declarare autem hoc etiam epigramma, quod fecit Theatetus :

Hospes, Pythagoram si, Pythagoramque comatum,
nosti percelebrem tu pugilem Samium,
Pythagoras ego sum : mea sed si facta rogaris
Eleum, dices hæc superare fidem.

Hunc Favorinus ait definitionibus per mathematicam usum
materiam, frequentius id fecisse Socratem et qui ab eo
fluxere, postmodum autem Aristotelem ac Stoicos. Primum-

τοὺς στωικούς. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον δύνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην· ὡς δὲ Θεόφραστος, Παρμενίδην ὡς δὲ Ζήνων, Ἡσίοδον. (49) τούτῳ φασίν ἀντιπαρατάσσεσθαι Κύλωνα καθάπερ Ἀνδρίον Σωκράτει. ἐπὶ δὲ τοῦ ἀλητοῦ Πυθαγόρου καὶ τοῦ^τ ἐλέγετο τὸ ἐπίγρυψα.

Οὗτος πυκτεύσαν ἐς Ὀλύμπια παισὶν ἄνηβος
ἥλυθε Πυθαγόρης δὲ Κράτεω Σάμιος.

δὲ φιλόσοφος καὶ ὅδε ἐπέστειλε.

10 Πυθαγόρης Ἀναξιμένει.

Καὶ σύ, ὃ λῶστε, εἰ μηδὲν ἀμείνων ἦς Πυθαγόρεω γενεὴν τε καὶ χέος, μεταναστὰς ἀνοίγεο ἐκ Μιλήσιου· νῦν δὲ κατερύκει σε ἡ πατρόθεν εὐκλεῖα, καὶ ἐμὲ δὲ ἀν κατείρυκεν Ἀναξιμένει ἐοικάτα. εἰ δὲ ὑμεῖς οἱ 15 ὁνήσιστοι τὰς πόλιας ἔκλειψετε, ἀπὸ μὲν αὐτέων δ κόσμος αἱρεθήσεται, ἐπικινδυνότερα δὲ αὐτῆσι τὰ ἐκ Μήδων. (50) οὔτε δὲ αἰεὶ καλὸν αἴθεροιολόγεσσι μελεδώνον τε εἶναι τῷ πατρίδι καλλιον. καὶ ἔγω δὲ οὐ πάντα περὶ τοὺς ἐμεινυτοῦ μάθους, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμοις οὓς δια- 20 φέρουσι ἐς ἀλλήλους Ἰταλιῶται.

Ἐπειδὴ δὲ περὶ Πυθαγόρου διεληλύθαμεν, δητέον περὶ τῶν ἔλλογίμων. Πυθαγορικῶν· μεθ' οὓς περὶ τῶν σποράδην κατὰ τινας φερομένων· ἐπειθ' οὕτως ἔξαρσο- 25 μεν τὴν διαδοχὴν τῶν ἀξιῶν λόγου ἔως Ἐπικούρου καθὰ καὶ προειρήκαμεν. περὶ μὲν οὖν Θεανοῦς καὶ Τηλαγούς διειλέγμεθα· λεχτέον δὲ νῦν περὶ Ἐμπεδοκλέους πρῶτον· κατὰ γάρ τινας Πυθαγόρου διήκουσεν.

ΚΕΦ. Β'.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

30 δι. Ἐμπεδοκλῆς, ὡς φησιν Ἰπόδοτος, Μέτωνος ἦν οὐδὲς τοῦ Ἐμπεδοκλέους, Ἀκραγαντίνος. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ Τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, ἐπίσημον ἀνδρὰ γεγονέναι τὸν Ἐμπεδοκλέα τὸν πάππον τοῦ ποιητοῦ. ἀλλὰ καὶ Ἐρμιππος τὰ αὐτὰ τούτῳ φησίν. ὅμοιος καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων, διτι λαμπρᾶς ἦν οἰκίας ἴπποτροφήκοτος τοῦ πάππου. λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις τὴν πρώτην καὶ ἔβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικήκεναι τὸν τοῦ Μέτωνος πατέρα, μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει. (52) Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησιν ὡς·

Ὕπερ μὲν Μέτωνος οὐδὲς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους;
δὲ Γλαῦκος ἐλθεῖν φησιν.

45 εἴθ' ὑποθάσ·

Οἱ δὲ ἵστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἰκοθεν
εἰς τὰς Συρακούσας μετ' ἔκεινων ἐπολέμει
πρὸς τὸν Ἀθηναίους — — ἀγνοεῖν

que cœlum appellasse mundum, terramque rotundam : id autem Theophrastus Parmenidi, Zeno Hesiodo assignant. (49) Huic aiunt adversatum esse Cylonem, quemadmodum Antilochum Socrati. De Pythagora autem athleta ferebatur etiam hoc epigramma :

Hic puer et pugil a pueris ad Olympia venit
Pythagoras Samius, patre satus Crateo.

26 At vero philosophi epistola legitur in hunc modum :
Pythagoras Anaximeni:

Tu quoque, virorum optime, si nihil Pythagora et genere et gloria præstantior eses, profecto alio jam ex Mileto migrasses : nunc vero te continuuit paterna et avita gloria, quae et me continuisset, si essem Anaximeni similis. Ceterum si vos viri virtute et meritis excellentissimi civitates deseretis, eis quidem ornatus admitemur, Medique illis infestius instabunt. (50) Neque vero semper convenit astrorum ac cœli vestigare rationes : præstat interdum ad patriam curas cogitationesque convertere. Atque ego non semper meis vaco disputationibus, verum et bellis intersum, quibus in se invicem sciviunt Italici Graeci.

Quoniam vero de Pythagora diximus, dicendum jam de claris Pythagoreis : post quos dicendum erit de iis qui sparsim ab nonnullis referuntur : tum deinceps adnectemus successionis seriem memorabilium philosphorum usque ad Epicurum, sicuti supra promisimus. De Theano quidem et Telauge jam diximus : dicendum modo de Empedocle primum : nam secundum quosdam Pythagoræ auditor fuit.

CAP. II.

EMPEDOCLES.

I 51. Empedocles, ut ait Hippobitus, Metonis filii Empedoclis filius fuit, Agrigentinus. Idem et Timaeus refert in decimo quinto Historiarum libro, insignem fuisse virum Empedoclem poetæ avum. Sed et Hermippus eadē cum illo ait. Heraclides itidem in libro de Morbis clara ex familia fuisse tradit, quum avus equos aluerit. Dicit et Eratosthenes in Olympionicis septuagesima prima Olympiade vicisse Metonis patrem, Aristotelis utens testimonio. (52) Apollodorus autem grammaticus in Chronicis sic ait :

Erat Metonis filius : quem Thurios
Glaucus migrasse conditos nuperrime
est auctor.

Deinde post pauca :

At qui ferunt venisse profugum domo
urbem Syracusas et arma in Atticos
his consociasse — — nil mihi

τελέως ἐμοὶ δοκοῦσιν· ἡ γὰρ οὐκέτ' ἦν
ἡ παντελῶς ὑπεργεγρακώς, ὅπερ
οὐ φάίνεται.

prorsus videntur scire : namque tum quidem
aut mortuus erat aut senecta languidus :
quod non probabile.

Αριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι δ' Ἡρακλεῖδης ἔξήκοντας
δὲ τὸν φησὶ τετελευτήκεναι. δὸς τὴν πρώτην καὶ ἔθδο-
μηκοστὴν Ὀλυμπιάδον νενικήκως κέλητι τούτου πάππος
ἢ διμώνυμος, ὡςθ' ἄμα καὶ τὸν γρόνον ὑπὸ τοῦ Ἀπολ-
λοδώρου σημαίνεσθαι. (53) Σάτυρος δ' ἐν τοῖς βίοις
φησὶν δτὶ Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε
δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαινέτον· ἐπὶ τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμ-
πιάδος τὸν μὲν ἵππον κέλητι νενικήκεναι, τὸν δὲ υἱὸν αὐ-
τοῦ πάλῃ ἢ, ὃς Ἡρακλεῖδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ, δρόμῳ.
ἔγος δ' εὑρίσκεται ἐν τοῖς ὑπουργίασι Φασιωρίνου δτὶ καὶ
βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ
15 ἀλφίτων καὶ ὁδελφὸν ἔσχε Καλλικρατίδην. Τηλαύγης
δὲ δὲ Πυθαγόρου παῖς ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον ἐπιστολῇ
φησὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα Ἀρχινόμου εἶναι υἱόν. (54) δτὶ
δὲ ἦν Ἀκραγαντῖνος ἐκ Σικελίας, αὐτὸς ἐναρχόμενος
τῶν Καθαριμῶν φησιν.

Ω φίλοι οἱ μέγα ἀστοῦ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίεται ἀντὶ ἀκρα πόλεως.

καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ τάδε. Ἄκοῦσαι δὲ
αὐτὸν Πυθαγόρου Τίμαιος διὰ τῆς ἐνάτης ιστορεῖ, λέ-
γων δτὶ καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπίᾳ τότε, καθὼς καὶ
25 Πλάτων, τῶν λόγων ἐκαλύθη μετέχειν. μεμνήσθαι
δὲ καὶ αὐτὸν Πυθαγόρου λέγοντα.

Ἔν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνήρ περιώσια εἰδὼς,
δὲ δὴ μήκιστον πραπτίδων ἐκτήσατο πλοῦτον.

οἱ δὲ τοῦτο εἰς Παρμενίδην αὐτὸν λέγειν ἀναφέροντα.
30 (55) φησὶ δὲ Νεάνθης δτὶ μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπε-
δοκλέους ἐκοινώνους οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων. ἐπεὶ
δὲ αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίωσεν αὐτὰ, νόμουν
ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποτοιῷ. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ
Πλάτωνα παθεῖν φησι· καὶ γὰρ τοῦτον κωλυθῆναι.
35 τίνος μέντοι γ' αὐτῶν ἤκουσεν δὲ Ἐμπεδοκλῆς, οὐκ
εἴπει τὴν γὰρ περιφερομένην πρὸς Τηλαύγους ἐπιστο-
λὴν δτὶ μετέσχειν Ἰππάσου καὶ Βροντίνου, μὴ εἶναι
ἀξιόπιστον. δὲ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζη-
λωτὴν αὐτὸν γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι.
40 καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἐπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἔζε-
νεγκεῖν. (56) Ἐρμιππος δὲ οὐ Παρμενίδου, Ξενοφάνους
δὲ γεγονέναι ζηλωτὴν, δημοσίευτην καὶ μιμητὴν
τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν. Ἀλκιδάμας δὲ ἐν τῷ φυσικῷ φησι κατὰ τοὺς
45 αὐτοὺς χρόνους Ζήνωνα καὶ Ἐμπεδοκλέα ἀκοῦσαι
Παρμενίδου, εἴθ' ὑστερὸν ἀποχωρῆσαι, καὶ τὸν μὲν
Ζήνωνα κατ' ίδιαν φιλοσοφῆσαι, τὸν δὲ Ἀναξαγόρου
διακοῦσαι καὶ Πυθαγόροβ; καὶ τοῦ μὲν τὴν σεμνότητα
ζηλῶσαι τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος, τοῦ δὲ τὴν φυ-
50 σιολογίαν. (57) Αριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι
πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ἥγητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ
διαλεκτικὴν. ἐν δὲ τῷ περὶ ποιητῶν φησὶν δτὶ καὶ
‘Ομηρικὸς δὲ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν

Nempe Aristoteles et Heraclides scribunt, eum anno
ætatis sexagesimo obiisse. Qui vero septuagesimam et
primam Olympiadem vicerat eques, eodem censematur
nomine, ita ut simul tempus ab Apollodoro significetur.
(53) Satyrus autem in Vitis Empedoclem ait filium fuisse
Exæneti, reliquise autem et illum filium Exænetum, ea-
demque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vi-
cisse, filium vero illius lucta sive, ut ait Heraclides in Epi-
tome, cursu. Verum enim ego in Favorini Commentariis
reperi Empedoclem et bovem mactasse legatis ad festum
missis confectum ex melle et farina, fratremque habuisse
Callieratidem. Telauges autem Pythagoræ filius in epistola
ad Philolaum Empedoclem ait Archinomi fuisse filium.
(54) Quod autem Agrigentinus ex Sicilia fuerit, ipse initio
Lustrationum refert :

O socii iungentem flavas Acragantis ad undas
urbem qui colitis munitam arce.

2 Hactenus de genere ipsius. Audisse autem Pythagoram
Timæus auctor est in nono Historiarum, dicens iapro-
batum, quod doctrinam evulgasset, consortio exclusum
fuisse, quemadmodum etiam Platonem : ipsumque memi-
nissee Pythagoræ his verbis :

Hos inter vir summus erat rerumque peritus,
divitiis qui animi cordatos vinceret omnes.

Sunt qui ista eum de Parmenide dixisse putent. (55) Refert
Neanthes Pythagoricos usque ad Philolaum et Empedo-
clem ad sermonum communionem admittere omnes solitos.
Ubi vero ipse poemate disciplinam divulgavit, legem tule-
runt uti nullo cum epico poeta communicare disciplinam
liceret. Idem Platoni quoque accidisse narrat ille : quippe
et hunc fuisse prohibitum. Quem tamen illorum audiret
Empedocles, non dixit : eam enim quaestio Telaugis fertur
epistolam, in qua Hippasum ac Brontinum audivisse dici-
tur, non esse fide dignam. Enimvero Theophrastus Parme-
nidem illum imitatum dixit ipsiusque aemulum in poema-
tibus fuisse : quippe et illum versibus doctrinam de natura
rerum prodidisse. (56) Hermippus autem non Parmenidem,
verum Xenophanis fuisse imitatorem tradidit, quocun-
diu versatus cujusque carmina imitatus esset ; postmodum
autem Pythagoreis congressum esse. Alcidamas vero in
Physico refert eodem tempore Zenonem et Empedoclem
una audivisse Parmenidem, postea ab eo discessisse : ac
Zenonem quidem seorsum philosophatum esse, hunc vero
Anaxagoram et Pythagoram audisse atque alterius constan-
tiam et gravitatem vitæ atque habitus, alterius doctrinam
de natura rerum fuisse imitatum. (57) Aristoteles vero
in Sophista primum Empedoclem rhetoricae inventorem ait,
Zenonem vero dialecticæ. In libro autem de Poetis asse-
rit Homericum fuisse Empedoclem et elocutione multum

γέγονε, μεταφορικός τ' ὅν καὶ τοῖς ἀλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγματι χρώμενος· καὶ δὴ διὰ γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἀλλα ποιήματα τὴν τε τοῦ Ξέρξου διάβασιν καὶ προσίμιον εἰς Ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὑστερὸν καὶ τέκαισεν ἀδελφῆ τις αὐτοῦ ἡ θυγάτηρ, ὡς φησιν Ἱερώνυμος, τὸ μὲν προσίμιον ἄκουστα, τὸ δὲ Περσικὴ βουληθεῖσα διὰ τὸ ἀτελείωτα εἶναι. (58) καθόλου δέ φησι καὶ τραγῳδίας αὐτὸν γράψαι καὶ πολιτικά· Ἡρακλεῖδης δ' ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἔτερον φῆσιν εἶναι τὰς 10 τραγῳδίας. Ἱερώνυμος δὲ τρισὶ καὶ τετταράκοντά φησιν ἐντευχηθέναι, Νεάνθης δὲ νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας καὶ αὐτὸς ἐπειτα ἀνταῖς ἐντευχηθέναι, φῆσι δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς βίοις δτὶ καὶ ἱστὸς ἦν καὶ δίτυρος ἀριστος. Γοργίαν γοῦν τὸν Λεόντινον 15 αὐτοῦ γενέσθαι μαθητήν, ἀνδρὸς ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνῃ ἀπολεοιπότα· δν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἐτη βιῶναι. (59) τοῦτον φῆσιν δὲ Σάτυρος λέγειν ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν διὰ τῶν 20 ποιημάτων ἐπαγγέλλεισθαι τοῦτο τε καὶ ἀλλα πλειόν, δι' ὅν φησι·

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγάστι κακῶν καὶ γῆρας; ἀλλα πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τὰδε πάντα. παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οὐ τ' ἐπὶ γαῖαν δρυνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν· 25 καὶ πάλιν, ἦν ἐθέλησθα, παλίντιτα πνεύματα· [ἐπάξεις]

θήσεις δ' ἔξ οὐδρίοι κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἔξ αὐχμοῖο θερέου ἔρυματα δενδροθερεπτα, τὰ δὲ ἐν θέρει ἀγήσκυτα. 30 ἄξεις δ' ἔξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

(60) Φῆσι δὲ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ δικτωκαιίσκατῇ κατὰ 5 πολλοὺς τρόπους τεθαυμάσθαι τὸν ἀνδρα. καὶ γάρ ἐτησίων ποτὲ σφρόδρως πνευσάντων ὡς τὸν καρπὸν διαμήνασθαι, κελεύσας δύνους ἐκδιπήναι καὶ ἀσκόδες ποιεῖσθαι περὶ τὸν λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα· λήξαντος δέ, Κωλυσχνέμαν κληθῆναι. Ἡρακλεῖδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων φῆσι καὶ Παυσανίᾳ διηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν 40 ἀπνοιν. ἦν δὲ οὐδὲν Παυσανίας, ὡς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, φῶ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προεπεφύνηκεν οὕτως,

(61) Παυσανίη, σὺ δὲ κλῦθι, δαίμονος Ἀγγίτου υἱέ· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐποίησε·

15 Παυσανίην ἴητρὸν ἐπώνυμον Ἀγγίτεω υἱόν. φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα, δις πολοὺς μογεροῖσι μαρανομένους καμάτοισι φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

Τὴν γοῦν ἀπνοιν δὲ Ἡρακλεῖδης φῆσι τοιοῦτον τι εἶναι, 6 Exanimem igitur Heraclides tale quiddam esse ait, quod

valuisse, translationibus item ac ceteris artis poeticae feliciter tractandæ præsidii usum: addit etiam hoc, quod, quum et alia poemata scripsisset et Xerxis transitum et hymnum in Apollinem, ea postmodum ignibus tradiderit soror quædam ipsius sive filia, ut Hieronymus meminit, hymnum quidem imprudens, Persica autem prudens ac sciens, quod ea imperfecta essent. (58) Omnino tragedias illum præterea scripsisse refert ac politica: verum Heraclides Serapionis filius tragedias alterius fuisse memorat. Hieronymus vero quadraginta tres se legisse asserit, Neanthes autem hunc juvenem scripsisse tragedias, quas ipse quoque postea (?) legerit. Porro Satyrus in Vitis refert et medicum illum fuisse oratoremque optimum. Gorgiam enim Leontinum ipsius fuisse discipulum, virum in oratoria insignem, qui et artem rhetorican scripserit: quem tradit Apolloodus in Chronicis centum et novem ætatis implesse annos. (59) Hunc ait Satyrus dicere solitum affuisse se Empedocli magiam exercenti. Ipsumque in poematibus id profiteri et complura alia, quum dicat:

Pharmacæ queis pellas morbos relevesque senectam, percipes, quæ cuncta tibi communico soli: compescesque truces ventorum rite procellas, exorti insanis qui vastant flatibus agros; rursum, si libeat, mox flamina nigra ciebis, atque altra induces e tempestate serenum; induces media pluvias aestate salubres et flatus sicca qui perflet omnia messe; extinctumque hominem nigro revocabis ab Orco.

(60) Multisque item modis eum virum admirationi habitum Timaeus in decimo octavo Historiarum auctor est. Namque Etesiis aliquando vehementer flantibus, adeo ut fruges corrumperent, excoriari asinos jussit factisque utribus eos collibus et montium verticibus admoveri ad comprehendendos flatus: cessantibus autem ventis ab eventu rei Κωλυσχνέμαν vocatum esse. Heraclides quoque in libro de Morbis ait eum Pausaniæ dictasse quæ de femina examini ille scripsit. Erat autem Pausanias, ut ait Satyrus et Aristippus, amasius ejus, cui et de natura libros compositos ita dedicavit,

(61) Pausania Anchiti sapientis, percipe, fili.

Sed et epigramma in eum fecit:

Pausaniam Anchiti natum unum Asclepiadarum, clarum aluit medicum patria clara Gela: qui multos diris homines languoribus aegros eripuit survis Persephones adytis.

τὸ σῶμα· θεν καὶ εἶπεν αὐτὸν καὶ ἵστρὸν καὶ μάντιν,
λαμβάνων ἄμα καὶ ἀπὸ τούτων τῶν στήχων·

(62) Ὡ φίλοι, οἱ μέγα ἀστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρῃ πόλεως, ἀγαθῶν μελεδῆμονες ἔρ-
γων,
χαίρετ' ἐγὼ δ' ὅμιλον θεὸς ἄμεροτος, οὐκέτι θητὸς
πιλεῖμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὡς περ ἔοικα,
ταινίαις τε περίστεκτος στέφεσίν τε θαλεῖς·
τοῖσιν ἀμ' εὗτ' ἂν ἔνωμαι ἐς ἀστεα τηλεθῶντα,
ἀνδράσιν ἥδε γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δὲ ἀμ' ἔπονται
μυρίοι, ἔξερόντες ὅπη πρὸς κέρδος ἀταρπός·
οἱ μὲν μαντοσυνέων χειρημένοι, οἱ δὲ ἐπὶ νούσων
παντοίων ἐπύθοντο κλίνειν ἐνήκεια βάζειν.

(63) Μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι * Ποταμῶλλα
ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατώκουν ὁγδοήκοντα· θεν τὸν
15 Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν, τρυφῶντων αὐτῶν, « Ἀκραγαν-
τίνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ
κατασκευάζονται ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι. »
αὐτὸν δὲ τούτους τοὺς Καθαρουμὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ διαρ-
20 ραψῳδῆσαι λέγεται Κλεομένη τὸν δραψῳδόν, ὡς καὶ
Φαεθόνιος ἐν ἀπομνημονεύμασι. Φησὶ δὲ αὐτὸν
25 καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέαι καὶ πάσης ἀρ-
χῆς ἀλλότριον, εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομένην
παρηγήσατο, καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ
λέγει, τὴν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας. (64)
30 τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Τίμαιος εἰρήκε, τὴν αἵτινα ἄμα πα-
ρατιθέμενος τοῦ δημοτικὸν εἶναι τὸν ἄνδρα. φησὶ
γάρ δέ τι κληθεὶς ὑπὸ τίνος τῶν ἀρχόντων καὶ προθαί-
νοντος τοῦ δείπνου ὡς τὸ ποτὸν οὐκ εἰςφέρετο, τῶν
35 ἀλλων ἡσυχαζόντων, μιστοπονήρως διατεθεὶς ἐκέλευσεν
εἰςφέρειν· δὲ δὲ κεκληκός ἀναμένειν ἔφη τὸν τῆς βουλῆς
ὑπηρέτην. ὃς δὲ παρεγένετο, ἐγενήθη συμποσίαρχος,
τοῦ κεκληκότος δηλονότι καταστήσαντος, δὲ ὑπεργρά-
φετο τυραννίδος ἀρχῆν· ἐκέλευσε γάρ η πίνειν ἢ κατα-
χεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. τότε μὲν οὖν δὲ Ἐμπεδοκλῆς
40 ἡσύχασε· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ εἰςαγαγὼν εἰς δικαστήριον
ἀπέκεινε καταδικάσας ἀμφοτέρους, τὸν τε κλήτορα
καὶ τὸν συμποσίαρχον. ἀρχὴ μὲν οὖν αὐτῷ τῆς πολι-
τείας ήδε. (65) πάλιν δὲ Ἀκρωνος τοῦ ἵστρου τόπον
αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς κατασκευὴν πατρώου
45 μνήματος διὰ τὴν ἐν τοῖς ἵστροις ἀκρότητα παρελθόν
δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλυσε, τά τ' ἀλλα περὶ ισότητος δια-
λεγθεὶς καὶ τι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας· « τί δὲ ἐπιγρά-
ψουμεν ἔλεγειον; ἢ τοῦτο;

Ἄκρον ἵστρον Ἀκρωνί¹ Ἀκραγαντίνον πατρὸς ἄκρου
50 κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης. »
τινές δὲ τὸν δεύτερον στήχον οὕτω προφέρονται,
Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

τοῦτο τινες Σιμωνίδου φασιν εἶναι. (66) ὑστερὸν δὲ
55 Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ τῶν γιλίων ἄθροισμα κατέλυσε
συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία, ὡς τε οὐ μόνον ἦν τῶν πλου-

grum incorruptumque servet: unde etiam illum et medicum et vatem dixit, quod simul ex his ejus versibus accepit:

(62) Urbem qui flavi ad ripas Acerantis, amici,
incolitis magnam, res et curatis honestas,
salvete: immortalis ego conversor apud vos,
quo par est, vobis cunctis dignatus honore,
formosis vincetus vittis roseisque corollis:
queis quando egregias veniam comitatus ad urbes,
mulieribus maribusque color, comitesque sequuntur
innumeris, ad lucrum quos ardens semita ducit,
qui sua scire volunt fata, et qui discere morbi
Omnigeni curam cupiunt artesque salubres.

(63) Amplum vero Agrigentum dixisse refert..... quod in illa
octingenta hominum millia inhabitarent: unde et Empedo-
clem illis luxu disfluentibus dixisse, *Agrigentini deliciis*
quidem ita quotidie se dedunt, ac si postridie morituri;
domos vero ita edificant, quasi perpetuo victuri. Eas
